

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Odium d  
cum fonte primo

Multum aliud est quando quisque irascens in aliquo uerbo modum excedit quod postea deleat penitendo, et aliud est seruare insidias inclusas in corde. Multum postremo inter hec uerba scripture: Turbatus est pre ira oculus meus. De illo autem aliquid dictum est: Qui odit fratrem suum, homicida est. Multum interest inter turbatum oculum et extinctum; festuca turbat, traves extinguit.

Augustinus ibidem (super Mattheum).

Multum quippe aliud est, quando quisque irascens in aliquo uerbi modum excedit, quod postea deleat poenitendo; et aliud est, seruare insidias inclusas in corde. Multum postremo interest inter haec uerba Scripturae, Turbatus est prae ira oculus meus (Psal. VI, 8). De illo autem quid dictum est? Qui odit fratrem suum, homicida est (I Joan. III, 15). Multum interest inter turbatum oculum, et extinctum. Festuca turbat, traves extinguit.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 82 (PL 38, col.507).